



Breviarium Chronologicum Veteris Testamenti Rerum Gestarum

Ab Orbe condito Vsque ad Christum natum Synopses complectens.
Xenivm Academicae Sodalitati Dominorum, B.M.V. Annuntiatae Herbipoli
oblatum

Sacerdotium Ducale ... - Complectens Synopses Sacrae & profanae historiae
à fine captivitatis Babylonicae & Hebraeorum Ducum ac Persicae
Monarchiae initio usque ad Christum natum

Gartner, Michael

Herbipoli, 1697

Monarchiae & Monarchæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65122](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65122)

sus extingueretur. Nec regnum ejus
Agrippæ juniore, vel aliis ex posteris
mansit, sed in provinciam iterum re-
ductum est.

Sic tandem Herodianæ familiæ po-
testas, regius ac principalis honor, &
tyrannorum furor dissipatus evanuit,

— — — — —

REGNUM GRÆCO- RUM, MONARCHIA TERTIA.

*S. 4. Monarcha Græci, qui
imperârunt ab Anno m. 3743. ante*

*Chr. 310. usq̄ ad annum mundi 4052.
qui fuit initium æra Chri-
stiana.*

T Am tredecim annis post mortem
Alexandri pugnatum erat inter du-
ces ejus, cum Imperii Alexandrini
cruenta dilaceratione, jamque leonis
mortui relictæ catuli feroces regno-
rum prædatores mutuis sese lanienis
consumpserant* MELEAGER in primis
tur.

turbis contra *Perdiccam*, oppressus est
 Ducum *Alexandri* clarissimus atque
 potentissimus (penes quem reges Ma-
 cedoniæ, *Aridaus* & *Alexandri* filius
 cum regiis copiis erant) à suis Mace-
 donibus, adversæ fortunæ eventibus
 irritatis, duce *Pythone*, qui unus de pri-
 mariis *Alexandri* amicis erat, noctu in
 tentorio suo obruncatus est * *CRA-*
TERUS & *NEOPTOLEMUS*, *Alexandro*
 charissimus, *Eumene* adversantes & in-
 dignum rati corrivali obtemperare,
 primò insidiis, mox apertâ vi obstite-
 runt, *Neoptolemus* quidem singulari
 certamine in acie cum *Eumene* con-
 gressus, ab eodem occisus, *Craterus* au-
 tem ab equo cespitante excussus, in
 confuso equitum globo proculcatus,
 ignotus occubuit. * *ANTIPATRUM*
 multum auctoritate, populorum fa-
 vore & armis potentem senium &
 morbus in lecto confecerunt. * *EU-*
MENEM virum fide ac fortitudine præ-
 stantem, & regiæ familiæ, quam *Per-*
dicca tuebatur, addictissimum, diu in-
 fen-



fenissimè ANTIPATER, CASSANDER
 filius *Antipatri*, & *Antigonus*, quibus
 poterant viribus apertis & dolis oc-
 cultis persecuti sunt, & *Antigonus*
 tandem nefariè à propriis militibus
 proditum, & luctuoso spectaculo ar-
 mis exutum, manibus post terga revin-
 ctis in hostilia castra pertractum, suam
 in potestatem accepit, & ut trucem
 belluam primò triduanâ inediâ ma-
 ceratum, ferro tandem mactavit, resq;
 ipse suas per se agere continuavit.*
 NICANOREM victoriâ contra *Clitum*
 navali prælio obtentâ nonnihil elat-
 tum, & præfidio suo confisum *Cassan-*
der (quanquam optimè de se meritum
 ducem) dolo interceptit & peremit.*
 ARIDÆUS idem, qui *PHILIPPUS* ex *Phy-*
linna concubina *Philippi*, frater *Alexan-*
dræ suam & conjugis suæ *Euridicæ*
 bellicosæ mulieris cædem, debet *Poly-*
spercontis, quem *Antipater*, invito *Cas-*
sandro filio, Macedoniae curatorem,
 cum summa potestate reliquerat) &
Olympiadi, matri *Alexandræ*, crudeli
 feci-
 E-
 Oly-
 ce-
 con-
 exer-
 possi-
 nun-
 ptus-
 prin-
 mo-
 tis à
 ca a
 tam
 eligi-
 pre-
 tam
 fine-
 odii
 ver-
 quo
 can-
 tum
 stan-
 omni-

femina; *Polyspercon* enim juncto sibi
Æcidæ Epirotarum rege, apud quem
Olympias dudum versabatur ad redu-
 cendam in Macedoniam *Olympiadem*,
 contra *Aridæum* & *Euridicem* eduxit
 exercitum, jamque castra castris op-
 posita stabant, & desertus à Macedo-
 num copiis *Aridæus* cum *Eurydice* ca-
 ptus est: quos *Olympias* comprehensos
 primò in tetro carcere truculentis
 modis afflixit, deinde *Aridæum* sagit-
 tis à Thracibus configi jussit; *Eurydi-
 ce* autem gladium, laqueum & cicu-
 tam misit, ut quâ morte perire mallet,
 eligeret: quæ similia dona *Olympiadi*
 precata, zonâ suâ usa pro laqueo vi-
 tam finivit. Nec *Olympias* sic cædium
 finem fecit: cùm enim *Cassandrum*
 odisset, qui *ARIDÆO* & *EURYDICE* fa-
 verat, & hostis erat *Polyspercontis*, à
 quo in regnum fuerat restituta, *Ni-
 canorem* *Cassandri* fratrem necavit,
 tum de *Cassandri* amicis centum præ-
 stantissimos Macedones elegit, quos
 omnes trucidavit. Recepit tamen &
 ipsa

ipſa *Olympias* ab occiforum propin-
quis mercedem ſuam : qui furiam à
Cassandri exercitu Pydnâ, quam ipſe
copiis ſuis obſederat, Amphypolim
fugientem & parantem pro ſe cau-
ſam ſuam dicere in cætu Macedonum,
vindice furore aggreſſi jugulârunt.

Cædibus hiſce multo Heroum ſan-
guine mixtis, atque peractis, ex Ale-
xandri ducibus ſupererant, (quos
tempeſtas bellorum nondum in ſan-
guine ſubmerſerat) PTOLOMÆUS LA-
GI Rex Ægypti, CASSANDER, ANTI-
GONUS, LYSIMACHUS & SELEUCUS. Caf-
ſander nullum non audax, impium &
crudele facinus perpetrabat, ut ſolus
dominaretur, qui ideo æmulum am-
bitionis ſuæ *Alexandrum* adoleſcen-
tem, unâ cum *Roxane* matre à *Glaucia*
cuſtodix Præfecto obruncari, & bi-
ennio poſt ſuperſtitem quoq; *Hercu-*
lem, *Alexandri* ex *Barsina* filium à
Polysperconte, pupillum ſcilicet à tu-
tore ſuo, interfici juſſit. De Caſſan-
dro

dro ita scribit Pausanias. Cassander totam Alexandri domum funditus evertere contendit, quâ eversâ nec ipse fortunatus è vita discessit. Ex morbo enim aquæ subter cutem fusæ, erumpentibus ex vivente vermibus, extabuit, sed & gladius, quem ille in familiam Domini sui strinxerat, Deus in domum ejus convertit. Nam ex tribus filiis, quos post se reliquit primogenitus Philippus mox post obitum patris, qui contigit an. m. 3755. ante Chr. 298. tabe consumptus est. Antipater secundo genitus (qui matrem Theffalonicam propriâ manu obrucaverat) à Lyfimacho focero interfectus est. Tertius Alexander matris cædem vindicaturus à Demetrio peremptus est, sicque inter quatuor annos scelerati hominis familia tota extincta est.

Sed & Antigonus non mitior in sanguinem Alexandri, ut, quidquid superesset, totum funderet, desæviit, astu ambitionis efferatus. Cleopatram enim

propin-
riam à
m ipse
ypolim
e cau-
lonum,
unt.
im san-
x Ale-
(quos
in san-
eus La-
ANTI-
us. Cas-
ium &
ut solus
am am-
lescen-
Glaucia
, & bi-
Hercu-
ilium à
et à tu-
Cassan-
dro

enim sororem Alexandri, filiam *Philippi*, Antigonus è vivis sustulit amore in furorem converso, quia posthabitis, *Lyfimachi*, *Cassandri*, & *Antigoni*, fortissimorum procorum nuptiis, in *Ptolomæum*, qui & ipse sponsam regiam cum regno procabatur, propensior erat, & ad illum deportari ab *Antigono*, in cujus potestate erat, ardentius flagitabat.

Imperium Græcorum auspicatur ortum suum anno m. 3743. ante Chr. 310. Olymp. CXVII. an. 4. urb. cond. 442. *Ptolomæi Lagi* & *Onizæ Pontif.* 14. quo anno recuperatâ *Babylone* *Seleucus* dominari cœpit, & neminem superiorem agnoscere: quidquid *Antigonus* contra moliretur & grassaretur cum conjuratis.

I. SELEUCUS I. Græcorum Imperator, fundator *Seleucidarum* & Monarcha cognomento *NICANOR*, natus patre *Antiocho* Macedone clarissimo duce inter duces *PHILIPPI AMYNTÆ*, & matre *LAODICE*; conse-

status

status hic fuit militiam Alexandri Magni, cumq; fortem ei operam navisset, ab elephantorum magisterio ad castrorum tribunatum, post Alexandri obitum à Perdicca commendatum, & inde ad Satrapiam Babylonis ab Antipatro traditam, quasi per gradus imperij obtinendi accessit. Quam Satrapiam postea metu Antigonis (qui rationes proventuum ab eo insolenter exigebat) deserere coactus ad Ptolomæum in Ægyptum profugit, & humanissimè susceptus, ab eoque exercitu instructus Babyloniam recuperavit, & subactis Bactrianis felicissimo successu ad Indiam usque imperij fines propagavit. Vir simul fortissimus, & erga omnes humanitate benignissimus fuit. Unde factum est, ut Antandrum quoque & Lyfimachum eorum socios sibi conciliaret, qui eum cum captas debellatæ & cæsæ Phrygiæ provincias tanquam præcipuum liberaliter dispertitus est. STRATONICUS deinde deinceps deinde concubio conciliatus

N Deme-

Demetrio Poliorceta, qui fuit filius *Antigoni* viribus novis & fœderibus fortior evasit, Demetrium tamen paulò post rupto amicitiae fœdere ad arma reversum, vivum cepit, & contra *Lysimachum* (qui etiam pretio oblato eadem ejus expetierat) perhonorificè habuit. Ideò alienior à *Seleuco* factus *Lysimachus* & magis adhuc exacerbatus, quòd *Alexandrum* & *Lysandrum*, propter sævitiam à *Lysimacho* profugos factos, & *Philacerum Eunucho* cum *Pergamo* & thesauris semet deudentem in fidem receperit, temerariè ei bellum intulit, suomet sanguine restinguendum. Nam *Seleucus* feliciter profligatâ acie atq; interfecto *Lysimacho* Macedoniam & universas, quas in Asia possederat provincias occupavit, fuitque ultimus inter duces *Alexandri Magni* superstes, & solus regnavit, cui quoq; finè tandem imposuit mors, septem mensibus post *Lysimachi* interneccionem à *Ptolomæo* *Ceranno* ad aram *Argos* illata an. m.

3773. ante Chr. 280. postquam 72.
 Provinciis annis 31. cum magna iusti-
 tie moderationis & industriæ laude
 imperâisset. Vitæ exitus hoc ambiguo
 oraculo ei prædictus fuerat

*Sifugias Argos fatum superabis iniquum,
 Sin minus ante diem, tartara nigra petes.*

Cum *Argos* sit nomen proprium ur-
 bum aliquot, & proprium quoque
 urbe, sic ambiguo oraculo illusus fuit,
 nihil de arâ sinistri suspicatus fuit.

Ultimum certamen commilitonum
 Alexandri Magni fuit Seleucum inter
 & Lyfimachum, quorum ille Asiam &
 Syriam, hic Macedoniam & Græciam
 præcebat, Lyfimachus fuit annorum
 74. & Seleucus 77. sed in ea ætate
 immiserant utrique juveniles, propter
 insatiabilem regnandi cupidinem.
 Inter Lyfimachus æquè in morte, quâ
 prævita Dux strenuus: de quo præcla-
 rum illud facinus prædicatur, quòd
 Alexandro præcipiti furore ali-
 quando sæviente in eandem cum leo-

ne caveam inclusus fuerit, quem cum bellua aggredere, manum amiculo involutam in apertum bellæ rictum immerferit, ereptâque è faucibus linguâ exanimaverit, quâ animositate non tantum in gratiam pristinam recipi ab Alexandro, sed etiam novos amores & applausus meritis est. Scribit Appianus quod extinctum Lysimachi corpus canis domesticus diu adversus alites & feras protexerit donec Thorax Pharsalius inventum ac tabefactum sepeliit.

II. ANTIOCHUS I. SOTER Imperator Græcorum, filius Seleuci, à quo posthac reliqui Syriæ reges *Antiochi* appellati sunt. Bellum contra Ptolomæum Ceraunum (qui post Seleuci cædem, Lysimachi in Europa provincias invaserat) contra Antigonum, contra Galatas feliciter gessit; expeditionis autem in Ægyptum contra *Ptolomæum Philadelphum* successu frustratus, nec tentare quidem alio bello fortunam ausus est.

Fuit



Fuit homo turpissimæ libidinis, Stratonem eandem cum patre suo Seleuco, vivo adhuc parente (qui id dissimulanter tulit in impio filio, regni consorte jam denominato) conjugem habuit & novercam suam, ex qua liberos suscepit Antiochum & Apantem, extinctus est an. m. 3791. ante Chr. 142. cum imperasset 19. annis.

III. ANTIOCHUS II. Soteris & Stratonica filius dictus Θεός (quod cognomen à Milesiis accepit, cum Timarchum eorum tyrannum sustulisset) Hic cum Ptolomæo Philadelpho longo & difficili bello contendit, cui per Berenica connubium reconciliatus, novum domesticum Laodices primæ conjugis in se odium concitavit; quam cum neglectam aliquamdiu, & concubina loco habitam in regiam tandem accepisset, veneno, ab eadem necatus est an. m. 3506. ante Chr. 247. cum regnasset annis 14.

Hic Antiochus primus & solus ex Seleucidis duas simul conjuges habuit pessimo suo fato: è quibus Laodice peperit Seleucum & Stratonicem.

IV. SELEUCUS II. filius *Antiochi* *Des* cognomento CALLINICUS, hic ut primùm in regnum successus fuit per fraudem *Laodices*, statim eâ instigante *Berenicen* conjugem suam, sororem regis Ægypti, unâ cum parvulo filio interfecit operâ *Iradionis* & *Genooi* principû *Antiochiæ*, quo scelerere *Ptolomæum Evergetem* contra se concitavit, & simul animos suorum avertit, ut à suis militibus derelictus, classe etiam naufragio amissâ, prælioque à fratre suo victus itidemque ab *Arsace Bartho* valde infestatus vix non regnum amississet, in *Arsacis* namq; manus captivus devenit, à quo tamen regiè tractatus est, & tandem liberaliter dimissus equi lapsu perit, titulo potiùs, quàm reipsâ rex, adeo inglorius fuit & undique spoliatus, nam Romani etiam anteriore *Asia Seleucidis* ejectis eam sibi posthac vendicârunt, anno Reg. 20. An. m. 3827. ante Chr. 226. reliquit post se liberos ex *Laodice* amita *Achai* & regis *Mithri-*



Abidatis filia susceptos *Seleucum III.*
 & *Antiochum III.* & duas filias ano-
 nymas. *Laodice* quæ eum instinctu
Berenices cum filio *Seleuco* sustulit, pœ-
 nas quoque sceleris dedit: ex alylo-
 namq; *Daphnes* per dolum educta, &
 trucidata est. Frater verò hujus *Seleu-*
didus Antiochus Hierax, (eo quòd
 non hominis, sed accipitris capaci-
 tate in aliena involaret) adjunctis sibi
 Galatis, pro fratre *Seleuco* stetit, sed
 & ipse à latronibus interfectus periit.

V. SELEUCUS III. cognomento
CERAUNUS statim à suscepto regno
 certior factus de *Attalo I.* Rege Perga-
 mensi, qui omnem cis *Taurum* Asiam
 suo imperio subjecerat, rebus suis
 consulendi impetu abreptus, ubi *Tau-*
rum montem cum exercitu transgres-
 sus esset, dolo appetitus, captus, ac ve-
 neno sublatus est An. m. 3850. ante
 Chr. 223. regni 2.

VI. ANTIOCHUS III. à rebus
 gestis cognomento *MAGNUS*, filius
Seleu-

Seleuci II. & frater *Seleuci III.* anno ætatis 15. regno applicatus, facinora edidit ætate majora, *Alexandrum* & *Achaum* duces Molini acie victos ad mortem voluntariam compulit: *Artabazanem* Medum subjugavit: *Achaum* alterum, qui cis *Taurum* montem victo *Attalo* Pergamensi regnum usurpabat, captum *Cambyli* & *Bolidis* proditione, de purpuratorum sententia ad supplicium rapuit, manibus, pedibus & demum capite truncatum in crucem egit. Mortuo *Ptolomæo* *Cælesyriam* adortus, victo *Scopa* *Ætolo*, hanc unà cum *Judæa* occupat, nec multò post sponte dimisit: recepit *Ciliciam* & *Cariam*: urbes *Hellesponti* redegit in formam: *Lyliam* instauravit. Demum Romanos audaciæ suæ & secundis successibus obstaculum ponentes, cum *Hannibale* aggressus, *Chalcidem* quoque ad *Euripum* cepit: ibi intempestivis & stultis amoribus homo jam quin-

qua-



quagenarius deditus, exinde nihil forte, nihil magnum gerere ausus, pacis conditiones inire coactus à Romanis, multatus Asiâ cis *Taurum*, & præter obsides talentorum 12000. in singulos años pendere iussus fuit. Quibus sumptibus exhaustus, dum *Beli* templum opulentissimum spoliare conatur, multitudinis concursu interfertus est. An. m. 3866. ante Chr. 187. cum regnâisset annis 37.

Ab humanitate, clementia & beneficentia studio non erat alienus, & famam bonam continuâisset, nisi adulatoribus aulicis obsecutus, voluptatibus se mancipâisset. Dicere solebat per jocum gratias se Romanis habere, quòd nimis magnâ procuratioe liberatus modicis regni terminis uteretur. Bis de hoc Antiocho Romani triumphârunt, & L. *Scipio* Romanus inde comomentum *Asiatici* assumpsit ob provincias Antiocho ereptas & Romanis subiectas. Habuit in matrimonio *Laodicen*, *Mithridatis* V. Regis & Pontificis filiam, & *Eubiam* filiam *Cleopolemi* Chalcidensis, filios ex his procreavit *Seleucum* IV. *Antiochum* IV. *Mithridatem*, *Ardym*, *Cleopatram*, *Antiochum* & *Antiochim* ac *Laodicen*.

N 5 VII.



VII. SELEUCUS IV. cognomen-
to PHILOPATOR, viribus & potenti-
tâ valde attritus & infirmatus regna-
vit, ideo cùm de opibus templi Hie-
rosolymitani per Apollonium, cui Si-
mon quidam proditor id revelârat,
edoctus esset, misit *Heliodorum* purpu-
ratum ad prædam illinc auferendam.
Cùm verò Heliodorus ab incepto di-
vinitus esset repressus, postea pro de-
mandato tam periculoso sacrilegii
ministerio, insidiis vitam ei ademit
an. m. 3874. ante Chr. 175. cùm re-
gnâisset annis 12. reliquit post se fili-
um *Demetrium* & filiam anonymam,
quæ nupsit *Perseo* Regi Macedoniæ.

VIII. ANTIOCHUS IV. cogno-
mento EPIPHANES, filius *Antiochi*
Magni, & frater *Selenci Philopatori*.
Datus hic fuerat à patre obses Roma-
nis, & dimissus ab urbe, rogatu fratris
Selenci, eidem defuncto successit in re-
gno, bella contra *Ptolomaos* fratres *Phi-*
lometorem & *Phisconem* gessit. Maxime,
infra

infamem se reddidit ob crudelitatem,
quam exercuit in Judæa. Hierosolymę,
quam *Menelai* ope expugnavit, 80000
civium interfecit, templum ingressus
ornamentis & thesauris spoliatum
Jovi Olympio consecravit, & con-
natus totam Judæorum religionem
abolere, circumcissionem prohibuit,
carnis suillæ usum mandavit, & jussa
detrectantes immanibus suppliciis
excarnificavit: contra quem divini-
tus exsuscitatus MATHATHIAS
ASMONÆUS tam religionis, quàm
libertatis defendendæ initium fecit; &
feliciter patris virtuti institit JUDAS
MACHABÆUS, ita ut *Apollonium* & *Seroo-*
duces, & his in auxilium submissū
cum novo exercitu *Lysam* iteratis vi-
ctoriis debellaret, unde factum, ut
vario sumptibus exhausto Antio-
chus ad nova tributa colligenda se
convertere debuerit, ideoque Perse-
polim, ad conditos in templo Dianæ
thesauros Alexandri Magni rapien-
tes, oppugnare instituit, sed turpiter
inde

inde rejectus ex animi dolore gravi morbo affectus est: tristi in super nuncio de cladibus in Judæa acceptis contritus, ex curru decidit, quo lapsu morbus ingravescens inter sævissimos animi & corporis cruciatus tyrannum extinxit Ann. m. 3891. ante Chr. 162 cum regnasset annis 13. filium post se reliquit *Antiochum & Alexandrum.*

IX. ANTIOCHUS V. cognomento EUPATOR filius *Epiphanis*: renovavit bellum contra Judam Machabæum, quem prælio victum in gratiam recepit, demolito tantum muro, qui templum ambiebat. Et iratus *Menelao* Pontifici tanquam Judaicorum bellorum concitatori missum in Berrhoëa Syriæ necavit. Hinc à *Demetrio* oppugnatus, & per milites proditores comprehensus cum *Lysia*, *Demetrioq;* traditus, & jugulatus est, cum regnasset tantum annis duobus.

X. DEMETRIUS I. cognomento SOTER, filius *Seleuci Philopatoris* ab eoque datus à patre obses Romanis pro

pro Antiocho Epiphane, post cuius obitu spe reditus à senatu frustratus, clam fugit, & ad suos reversus imperavit.

Fugam in hunc modum capeffivit. Diodorum hominem vasrum, qui recens è Syria venerat ad se evocavit, à quo didicit, res in Syria propter Octavij cadem esse turbatas, & Syros, si se ipsis ostenderit, regnum illico in ipsum translaturus, cumque sic fugam persuasisset, viam quoque & modum ejus capeffendæ suggerit operâ Menithylli legati Philometoris, qui fingens reditum ad suos, Carthaginensem navem Demetrio præparavit, quæ Tyrum vela faceret, cumque dictæ navigationis dies adesset, navarchum adit, fingitque novi sibi aliquid à rege mandatum, propter quod Romæ adhuc diutius morari deberet, daturum se nihilominus loco sui aliquot juvenes fidei probatissimæ, qui Tyrum proficiscerentur: exeunte tertiâ vigiliâ Demetrius adest cum socijs octo, quinque famulis & tribus pueris, quos cum Menithyllus nauclero, qui rem totam ignorabat, commendâisset, cum prima luce vela faciunt. Neque fugam comperti sunt Romani Patres ante diem quintum. Sic igitur elapsus in Syriam venit, & omnium favore exceptus est, quia missus à senatu ad regnum occupandum, credebatur: mox

Apud

Apameâ potitus, comparatis copijs Antiochiam contendit, ibique *Lysiam* obviam egressum, interfecit. Et factum est, ait scriptura, ut ingressus est domum regni Patrum suorum (sibi scilicet à patre *Seleuco* & avo *Antiocho* Magno debitum tanquam primogenito *Seleuci*, ejus primogeniti) comprehendit exercitus *Antiochum* & *Lysiam*, ut adducerent eos ad *Demetrium*, & res ei innotuit, & ait, nolite mihi ostendere facies eorum lib. 1. Machab. cap. 7. v. 2 (ne scilicet à me aliquid extorqueant) & occidit eos exercitus, sicque sublato æmulo sedit *Demetrius* super sedem regni sui, sic Deus ultus est peccata patris *Antiochi Epiphaniis* in filio tollendo, factumque est, ut radix peccati in primo frutice exaresceret.

Occisis, qui sibi regnum intercludere possent, omnibus modis placare Romanos contendit; primò insigni comitate usus est in legatos Romanorum in Pamphylia & Rhodo, præsertim in *Tiberium Gracchum*, secundò conciliavit sibi personas, quæ causam suam Romæ fructuosè agerent, fugam excusarent, missis ad hoc muneribus, Legatis quidem privatim, publicè autem S. P. Q. R. coronam auream maximi pretij dono transmisit, tertio ad expiationem *Octavianæ* cædis (erat *Octavius* legatus Romanus, quem *Leptines* Syrus occidit)

non

non contentus *Lysiam* & *Eupatore* necis
conscios interfecisse, *Leptinem*, qui cædem
patrârat, & *Isocratem*, qui approbârat,
Romam misit pro arbitrio supplicijs affi-
ciendos.

Sic prudenter regnum suum stabi-
lire cepit *Demetrius*, imprudenter au-
tem & inductus à *viris iniquis*, ut lo-
quitur scriptura, *quorum dux erat Al-*
cymus oppugnare incepit **JUDAM**
MACHABÆUM per *Nicanorem* &
Bacchidem duces, è quibus illo per-
empto, hunc post Judæ interitum op-
pult *Ionatha*, & omnia frustra mo-
litum pacem tandem componere jus-
sit. Cæpit posthæc otium sectari, ca-
stello cuidam ad Antiochiam inclu-
sus, Reipublicæ neglectâ curâ, unde
eum & cives & milites inciperent ab
eo averti, bello impugnatus ab *Ale-*
xandro, & prælio congressus occu-
bit. De hoc prælio *Demetrii* legitur
Mach. 10. Anno m. 3903. ante Chr.
150. cum regnâset annis 10. reliquit
post se liberos ex *Laodice*, *Demetrium*
II. & *Antiochum VI.*

XI. ALEXANDER BALÆ, dictus etiam *Epiphanes*, frater Antiochi V. instigatus & adjutus à *Ptolomæo Philometore*, (cujus filia *Cleopatra* nupsit) & *Attalo*, Demetrium vicit & vitâ cum regno exiit. *Jonatham Asmonæum* Pontificem Judæorum regie excepit & honoravit, neque Judæis mala intulit, factus alienus ab Attalo & desertus à Ptolomæo Socero Demetrii II. armis profligatus est, cumq; prælio victus in Arabiam profugisset, à *Zabelo* Dynasta interfectus est, & caput amputatum Ptolomæo transmissum an. m. 3908. ante Chr. 145. cum regnasset annis 6.

XII. DEMETRIUS I. cognomento *NICANOR* vel *NICATOR*, quod nomen Syri tribuerunt, quia alienum à sua familia Alexandrum regno pepulisset. Ob incertos bellorum calus *Enidum* à patre ablegatus per *Lasthenis* Cretensis mercenarias copias in Syriam reductus est, & mox gener adscitus à *Ptolomæo Philometore*,
ejus-

eiusdemque suasu ab Antiochenisre-
ceptus, bellum Socero Alexandro in-
fert; & praelio contendere ausum vin-
cit, regnumq; in se transfert. Con-
firmavit hic Pontificatum *Jonatha As-*
monai. & acceptis talentis 300. ei Ju-
dæam cum Toparchiis Samariâ, Jop-
pe & Galilæâ permisit: cumq; ratur
jam omnia pacata esse, milites suos
partim dimisisset, partim diminutis
stipendiis retinisset, illi seditiosè ad
Tryphonem & Antiochum *Σιδυ* con-
fluxerunt. Bello inde appetitus ac
praelio victus cedere coactus est in
Mesopotamiam: redux inde ab *Ale-*
xandro Zebina, quem Ptolomæus ex-
citaverat, iterum fugatus & victus, ac
perfidiosè à conjuge & liberis exclu-
sus, in fuga ad Tyrum cum navi ex-
scenderet, occisus est, ut legitur lib. i.
Mach. 10. 11. 12. 14.

ANTIOCHUS SEDETES V. SE-
DETES SOTER etiam, vel Eusebes di-
ctus, eo tempore, quo DEMETRIUS
NICANOR apud Parthorum Regem
Arsa.

Arsacem habebatur in vinculis, à Cleopatra uxore Demetrii (quæ Seleuciæ morabatur, & milites ad se attraxerat contra Tryphonem, tyrannidem in Syria exercentem) ad conjugium simul & regnum ex Rhodo Insula accersitus, Cleopatraz nupsit, & regnum simul, & uxorem fratris accepit, Tryphone expulso. Liberalis fuit & beneficus in Judæos, quibus victimas & sumptus pro templo suppeditavit, sed luxui simul & temulentiaz deditus supra modum: duxit ad Parthicam expeditionem lixarum 30000. è quibus coquorum, pictorum scenicorum &c. major numerus esset, quam militum, quorum tantum erant octo millia, unde Parthus tali sarcasmate funus ejus (quem occisum in pugna, sepeliri curavit) veluti mortuum etiam lingue gladio vulneraturus, sic allocutus scribitur: *Fefellit ô Antioche, fefellit ultimo vinum & audacia, speraveras enim Arsacis imperium in magnis poculis te bibiturum esse.*

Memo.



Memorable, quod de ipso refert Plu-
tarchus: cum in venatione quadam studio
persequendi feram ab aulicis & famulis ab-
errasset, & divertere apud hominem tenu-
em coactus, inter cœnandum sermo-
nem de rege (quem se esse dissimulabat) in-
jecisset, & didicisset, bonum quidem esse,
sed qui amicis & adulatoribus flagitiosis
obsequendo, plurima in republica negliget-
ret, tunc tacuisse quidem, postea tamen
cognitum ex satelliticum adventu dixisse, ex
quo diè vos sumpsi, nullam ex vobis veri-
tatem de me sumpsi, nunc verò de me ipso
vera audivi, cœpitque in regno admini-
strando diligentior esse.

Quia *SIDETES* iste regnavit vivente ad-
huc *Demetrio*, ideo non ponitur à quibus-
dam in ordine regum *Syriæ*, sed habetur
quasi socius regni cum *Demetrio*. Vitam
finivit anno M, 3927. ante Chr. 126. post-
quam regnavit annis 19. reliquit post se li-
beros à *Cleopatra* susceptos *Selencum*, *An-
tiuchum VIII.* & filiam anonymam; igno-
ratur autem illa soboles, quam suscepit ex
Rhodogine. *Selencum* occidit *Cleopatra*
mater proprijs manibus, sagittâ eum trans-
verberans, quia post patris interitum sta-
tim diadema sibi assumpsit: metuebat enim
furiam, ne filius ulcisceretur mortem patris,
quem feròx hyena interfici curaverat.

Erat

Erat etiam his temporibus quidam Alexander Zebina filius negotiatoris Ægyptij, hunc Ptolomæus incitavit, ut Syriam armis peteret; in hunc finem composita est fabula, quasi per adoptionem Antiochi regis in familiam regiam adscitus esset. Syris, qui ob Demetrii superbiam defece- rant, gratum id erat, modò regem haberent Demetrio repulso, ideo juveni nomen Alexander imponitur, ei que ex Ægypto ingentia auxilia submittuntur: fabulam hanc opportunè juvit, quòd corpus Antiochi à rege Parthorum interfecti, in loculo argenteo ad sepulturam, in Syriam remissum pervenerit, cùm jam ibi esset Alexander, qui ingenti lucrò & studio civitatum, corpus regium excepit, & funus ipse cum lachrymis profecutus est; quæ res illi magnum favorem popularium conciliavit. Hic igitur Zebina victo & expulso Demetrio Syriæ dominabatur, qui tamen in regum ordine non ponitur hic, quia adhuc vivus rex legitimus exulavit, nec familia Demetrii planè jacebat, sed Seleucus filius, quem Cleopatra postmodum occidit, diadema sumpserat. Neque diu fortunâ suâ tumidus Zebina continere se poterat, ut gratiâ Ptolomæi, quo fulcro sustentabatur, non excideret. Eum enim cepit superbâ insolentiâ paulatim spernere,

& vel-

& velle etiam deprimere, quo promotore
 ascenderat. Itaque Ptolomæus ratus ma-
 tris bufonem inflatum compescendum esse,
 forori suæ Cleopatraz reconciliatur, & An-
 tiocho Gripho Tryphenam filiam in spon-
 sam & simul ingentes copias mittit in auxi-
 lium, ad Zebinam evertendum. Griphum
 tunc filium suum Cleopatra recens Athenis
 evocaverat, ut regnaret, sed ita ut regis
 nomen penes filium, jus autem totius im-
 perij penes matrem esset: cum ergo Syri
 viderent Griphum Ægyptiis copiis instru-
 tum, ab Alexandro Zebina paulatim defi-
 cientes, adhæserunt Gripho, qui Zebi-
 nam cecidit, & fugitivum Antiochiam com-
 pulsit, ubi ex Jovis templo solidum ex auro
 victoriæ signum sustulit ad stipendium mili-
 tibus enumerandum, aureum quoque Jovis
 simulachrum immensi ponderis sacrilegè
 eam apprehenderat, & tacitè efferi jusse-
 rat, sed deprehensus in sacrilegio, concursu
 populi in fugam actus, captus, & Gripho
 cum sisteretur, ab eodem interfectus est.

XIII. ANTIOCHUS GRIPHUS

Antiocho Alexandro Zebina regnum in se
 transtulit, & continuis ferè bellis im-
 perium tenuit, cumque foris impe-
 teretur armis à fratre Ciziceno, domi-
 nisi.

insidiis appetitus fuit à matre Cleopatra, nefariâ sceminâ, quæ scenicum in morem filiis suis & filiabus illudebat, regna & maritos & uxores eis auferens & mutans pro arbitrio ac tyrannica dominandi cupidine; *Griphus* autem edoctus de insidiis, venenum sibi à matre præparatum, ipsam bibere coëgit, atq; eodem mox scelere ipse usus in *Cizicenum* fratrem, bellum adversus se, quod restinguere non potuit, concitavit; interfectus tandem est fraude Heraclionis an. m. 3956. ante Chr. 97. cùm regnâisset annis 8.

GRIPHUS ex conjugibus, quas habuit, *Griphina* & *Seleuce* Ptolomæi Phisconis filiabus, & ex tertia, quæ fuit *Cleopatra Selini* liberos suscepit *Seleucum V. Antiochum, Demetrium III. Philippum & Antiochum XI. & Seleucum Cybiotetem.*

Aliqui Historici annos 29. GRIPHI dividunt cum Ciziceno, quia Cizicenus superato Gripho, & dejecto, regnare coëpit; sed

Jose-

Josephus omnes illos annos, quibus super-
stes vixit adhuc Griphus, Ciziceno regnan-
te, & cum Gripho belligerante, attribuit
Gripho, Cizicenum autem tantum ut so-
ciam regni conjungit.

ANTIOCHUS filius *Demetrii* ab
urbe, in qua educatus est, dictus *Ci-
zicenus*, à moribus autem *Aspondius*,
impio conatu, veneno à Gripho ten-
tatus ita exarsit vindicandi libidine,
ut bello continuo persequeretur eum,
ut bello continuo persequeretur eum,
per Cleopatraz connubium plurimum
Cypriis copiis adjutus. Cùm con-
gressu primo conjugem suam spoliatus
esset, mox certamen acrius repetiit,
& fratris sui conjugem Griphinam,
victoriâ potitus, in suæ uxoris ultio-
nem jugulat: à quo tempore à mutua
pernicie neuter fratrum cessavit, do-
nec ardor ulciscendi cum vita utrius-
que extinctus fuisset: post mortem
enim *Griphi* superstes *Cizicenus* à *Se-
lenco* *Griphi* filio exagitabatur, donec
captus ab eo & trucidatus est an. m.
3059. Tantæ fuit avaritiæ, ut, cùm
egeret pecuniâ, Jovis auream statuam,
quæ

quæ erat magnitudinis 15. cubitorum
fundi & ex alia viliori materia sta-
tuam illi similem laminis inauratam
reponi jufferit. Simile hoc facinus illi,
quod de Dionysio Juniore tyranno re-
fert Clemens, qui auream Jovis vestem
laneâ commutavit, quæ æstate esset
levior, & hyeme calidior. *Cizicenus*
à Seleuco filio Griphi tandem inter-
fectus est.

XIV. SELEUCUS II. successit
patri *Gripho*, & cum patruo *Ciziceno*
bellum gerens eum prælio captum
neci dedit. Quo cæso ANTIOCHUS
cognomento EUSEBES, sive *Pius*, *Ci-*
ziceni patris mortem ulturus perve-
nit Aradum, & imposito sibi diade-
mate, Seleuco bellum intulit, quem
uno prælio victum totâ Syriâ expulit.
SELEUCUS ita pulsus, fugâ delatus
est in Ciliciam, & postquam à Mops-
vestenis receptus est, cœpit ab eis tri-
buta exigere, qui exactionem non fe-
rentes, cum regia ipsum & amicos
concremârunt, ut scribit Josephus &
Appia-

Appianus an. m. 3960. ante Chr. 93.
regni an. 25. Occiso Seleuco, frater
eius, secundò genitus Griphi surre-
xit mortem patris fratrisq; ulturus, &
Antiocho Pio suo patrueli regnum eri-
pere molitus, vitam simul & exerci-
tium amisit.

XV. ANTIOCHUS cognomento
EUSEBES sivè *Pius*, sic appellatus,
quia ultus est mortem patris sui *Cizi-
ceni*, quod pietati tribuitur. Appianus
mortem putat per jocum sic dictum es-
se, ut qui *Silenem* uxorem duxerit, quæ
patri ejus *Ciziceno*, & patruo
Gripho nupserat. Hic duobus fratri-
bus *Philippo & Demetrio* Griphi filiis
tenuè restitit: brevi tamen Galata-
rum reginæ, socius armorum factus,
contra Parthos occubuit an. m. 3964.
ante Chr. 89. Occiso Antiocho Pio
remansit regnum penes duos fratres,
Demetrium & Philippum.

XVI. DEMETRIUS cognomen-
to EUCÆRUS Gnido accitus à
Solomæo Lathuro, Rex salutatus est
apud

apud Damascum, contra *Antiochum Euseben*; quo everfo à Parthis, junxit se Judæis rebellantibus contra *Alexandrum Asmonaum*, Joannis Hircani filium, quem victum non ausus ultra persequi, in regnum reversus, Philippum fratrem temerè irritavit, ideo ab eo & Parthis, armorum sociis obsessus dedere se coactus, & ad Mithridatem Parthorum regem abductus est, ubi perhonorificè habitus, vitam finiit.

XVII. PHILIPPUS hostem expertus est fratrem suum *Demetrium*, quia partem Syriæ sibi occupavit, nec totam illi cedere voluit. Igitur se armis tuitus contra Demetrium, eum cum Arabum & Parthorum auxiliis obsedit, & deditioe extortâ totum regnum tenuit, donec *Antiochus Dionysius* ipse quoque frater Philippi, & filius *Griphi*, Damascum per prodicionem Præfecti cepit, & parte regni sibi vindicatâ, armisq; subactâ se Syriæ regem & socium regni aliquamdiu

...u gessit. Brevi tamen post cum ar-
...ore aliena rapiendi, *Aretam* regem
...vaderet, in prælio trucidatus est,
...inili prodicione Damasco ad Phi-
...ppum redeunte. Qui & ipse tandem
...ptus est à *Gabinio*: ejus autem mors
...comperta est. Hic fuit Seleucida-
...an ultimus, qui Græcorum Impe-
...m finivit An. m. 3970. ante Chr. 83.
...næi Pontif. 19. Lathuri 33. Olymp.
...LXXIV. an. i. cond. urb. 669. post-
...quam illud durâffet à primo Seleuco,
...ab eo recuperatâ Babylone, an-
...is 228.

Supererat quintus filius Griphi,
SELEUCUS cognomento *Cybiotates*,
hic latuit in obscuro; donec à
Rege Ægypti *Anlete* vocatus ob pro-
nquitatem, & connubio cum *Bere-*
...e filia *Anlete* conjunctus, regno ab
...donatus est. Paulò tamen post ob
...ardidos mores & avaritiam iterum
...pulsus atque necatus est, à Strabo-
...dictus *Cocces*: & scribitur de eo,
...od ex avaritia urnam auream, quâ

conditus erat Alexander M. per Sa-
crilegium cum vitrea commutaverit.

*Regnum Græcorum sub
Tigrane.*

SYRI bellis regulorum suorum attriti, ut
scribit Justinus, ad externos reges se con-
vertērunt, & TIGRANEM regem Armeni-
um cæteris prætulerunt, quia is instructus
erat præter vires domesticas, Parthicâ in-
super societate, & Mithridatis regis Ponti
affinitate: interea tamen *Aretas* Arabs te-
nebat Cælesyriam, à Damascenis vocatus:
qui etiam expeditione in Judæos susceptâ
victor evasit, & certis conditionibus ad sua
reversus est.

TIGRANES cognomento MAGNUS
vixit adolescentulus obses apud Parthos, à
quibus cum regni parte traditâ se redemif-
set, forti ausu, bello hanc repetijt, & ho-
stes tantis affecit cladibus, ut regum nullus
illam gentem ferocius laceffiverit. *Aria-*
nem quoque regem minoris Armeniæ, su-
nelto prælio, regno & vitâ expulit. His
fortiter gestis famam sibi comparavit, ut
ad regnum à Proceribus Syrorum evocare-
tur: quod ille cum magno armorum appa-
ratu suscepit, ejectisque Seleucidarum re-
liquiis, & Phœnicæ cum Ciliciâ receptâ,
Clo-

er Sa-
 verit,
 sub
 triti, ut
 s se con-
 Armeni-
 struatus
 nicâ in-
 is Ponti
 abs re-
 vocatus:
 uceptâ
 s ad sua
 GNUS
 thos, a
 edemif-
 & ho-
 nullus
 Aria-
 izæ, fu-
 t. His
 vit, ut
 vocare-
 n appa-
 rum re-
 ceptâ,
 Cleo-

Eupatram & *ilenem*, Reginam facem bellis
 ardentissimam, captam in Me-
 potamia, morte multavit: quo successu
 fortunato rerum, cum nihil non sibi arro-
 pret, etiam *Ariobarzanem*, suggerente & in-
 gante *Mithridate Eupatore* finibus ejecit,
 cæscatus Cappodociæ prædâ, exitiali
 toti que regno instituto, hunc deinde
 tra Romanos defendendum suscepit,
 nim victus strage horribili à *Zucullo* ad
granocertam, iterumq; ad *Artaxatam*, do-
 nico etiam à filio *Tigrane* bello exa-
 ctus, Pompeio (quem cidari capiti de-
 cã, & in manus ejus traditâ supplex ad-
 roverat) 6000 talentorum multam, mi-
 bus singulis, minam dimidiam argenti,
 centurioni minas decem, Tribuno talen-
 um persolvit, solumq; regnum paternum
 Media Armeniacum sibi conservavit.
 victus *Tigranes* sapere tandem didicit, &
Mithridatem tantæ ruinæ suæ causam agno-
 ens, cum is ad *Stellam* montem, prælio
 rum victus esset, & ad *Tigranem* confu-
 re, malâq; causæ suæ patronum quærere
 det, alterâ vice intra fines suos & suum
 lum non recepit, immo præmium cen-
 talentorum in ejus caput & vitam con-
 vit ei, qui interficeret. Mortuus est an-
 vitæ octogesimo quinto. Filius *Tigranis*,
 us *Tigranes junior*, in vincula conjectus
 O 3 fuit,

fuit, & in triumpho ductus à Pompeio, quia durior in parentem, & *Phraatis*, Parthi fretus societate armorum, refractarius fuit, neque Pompei Imperio se submittere voluit, cum iuberet filium in *Sophena* & *Cordena*, patrem autem in reliqua Armenia regnare, eâ lege, ut defuncto parenti per totam Armeniam filius tandem hæres succederet; quam divisionem cum filius admittere detrectaret, nec parte contentus esset, totum perdidit.

Sic **TIGRANES MAGNUS** à Plinio, & à *Velleio Regum Maximus* appellatus, parvus, fieri cœpit post depressum tumorem à Pompeio Magno. Quantus erat Tigranes! Syriæ imperium invasit cum quingentis millibus militum: contra Lucillum eduxit ducenta & quinquaginta peditum millia, & alia adhuc quinquaginta equitum millia, & cæsus nihilominus est à Romanis, cum his tantum pars hujus numeri esset vigesima, ut loquitur Plutarchus & Livius. Usurpavit *Tigranes* titulum REGIS REGUM, & voluit habere reges administratos: ex his quatuor, tanquam stipatores, semper eum ita comitati fuerunt, ut equitanti pedites juxta currerent tunicati, sedenti, & respondenti adstant, complicatis & confertis inter se manibus, quo symbolo servitus indicabatur. Nihil non magnum spirabat infla-

status extento provinciarum symmate
reioius pavo, sed deplumatus detumuit,
decorum pavonis deprædata est Roma-
aquila, posthac imperium suum & quar-
am mundi Monarchiam expansis longè
aliquæ alis explicatura.



IMPERIUM ROMA- NUM.

Quarta Mundi Monar- chia.

CAJUS JULIUS CÆSAR

Et Emulus ejus

POMPEJUS MAGNUS.

Roma jam passim rerum domi-
na longè latèque terrarum
audiebat, sed multiceps ad-
huc Roma fuit, Dictatorum,
consulum, purpuratorum Patrum, &
tribunorum arbitrio moderata, quia
tadum vastum corpus sub uno ca-
te Monarchico coaluerat, neq; hoc
asci potuit sine Reipublicæ magnâ
percussione, quam belli intestini, Ju-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

LIUM CÆSAREM inter, & POMPEJUM,
periculosus turbo concitavit.

Pugna Pharsalica.

Belli causam uterq; dedit tum CÆSAR,
tum POMPEJUS: ille enim Superiorem,
hic autem parem ferre noluit. Quanquam
autem CÆSAR flagraret ingenti desiderio
imperandi, & *Etheclis* apud *Euripidem* di-
ctum itendidem usurparet: *regni causâ jus*
violandum esse, habito tamen Ravennæ con-
cilio, mitiorem sententiam secutus est, &
pacem exoptare se saltem simulavit: scri-
ptis ad senatum litteris plenissimis æquita-
te; quia tamen sub finem epistolæ minas
adhibuit, rejectæ sunt litteræ, & ipse pro
hoste habitus. Tribunis fugientibus ad
Cæsarem, habitum est extra urbem sena-
tus consultum, cui *Pompejus* aderat, in eoq;
decretum, ut tota Italia delectus haberetur
à *Pompejo*, eiq; ad hoc bellum pecunia ex
æratio suppeditaretur. Quo audito sta-
tim *Casar* cum legione decima quarta ad
Rubiconem movit. Hic cunctatus aliquan-
tum, & quasi cœpti magnitudinem reputans
Græcè exclamavit *ἀνεπίφθω κίβος, ἴσ-
θα ἔστο ἀλεα*. Et statim quem secum habebat
exercitum trajecit, ac primò impetu mul-
tas Urbes occupavit.

Quibus rebus Romæ nunciatis, urbs à
Con-

Consulibus & optimatibus deserta est: quos
 persecutus Pompejus, Brundisium venit. In
 urbe obsessus est, donec naves, quæ Con-
 sules detulerant, revertissent. Tum ipse
 quoq; Pompejus fugit in Macedoniam, &
 Brundisium reliquit Cæsari. Qui cum totam
 Italiam ab adversariis desertam, intra sexa-
 ginta dies sine sanguine in suam potesta-
 tem redegisset, & Galliam insuper utramq;
 teneret, Hispanias autem Magni Pompeji
 copias, Afranius & Petreius possiderent, ed-
 icter instituit dicere inter suos auditus; *se ire
 ad exercitum sine duce, & inde, reversurum
 ad ducem sine exercitu.* Siciliam interim &
 Sardiniam Valerio Legato, & Curione oc-
 cupantibus.

Priusquam autem ex Italia moveret, Ro-
 ma pervenit, & pecunias militi sustentando
 necessarias sibi suppeditari ex ærario pe-
 tit; quod cum negaret L. Metellus, & æra-
 rianus custodiri curaret, Cæsar, securi-
 bus feras perfringere jussit, Metello mortem
 minatus, si contra auderet. Ærario per-
 am aperto pecuniam omnem egressit, id est,
 ut Orosius refert, 4133. auri pondera, ar-
 genti autem pondo prope nongenta millia.
 Quanta vis pecuniæ! & tamen ex eodem
 ærario paulo antè vis ingens pecuniæ in
 Pompeij copiaseducta fuerat. Sic malè &
 injustis bellis diu quæsitæ, citò bello inju-
 stiore dilapsa sunt.

O s

Post-

Posthæc iter suum suscepit Cæsar in Hispaniam, & bello aggressus *Afranum* & *Pezzeium* duces Pompejanos vicit. Massiliam per *Trebonium* & *Bruzum* obsessam & fortiter resistentem adventu suo coëgit ad dedicationem, *Domitio*, qui urbem tuebatur, per tempestatem elapso. Ex Hispania Romanam reversus, susceptâ iterumq; abdicatâ, post decimum diem discuratâ, omnes vires undecunque collegit, ad Bellum Pompejo & Pompejanis inferendum, quibus corroboratus Dyrrachium movit, Pompejo quoque adverso motu exercitum suum ad Dyrrachium ducente, & castra castris, militumque militi opponente. Sed erat utriusque exercitus conditio dispar: Pompejani enim omnibus abundabant, Cæsarei egebant, quia in eorum naves interceptas *Bibulus* ferro & flammis delævit, ideoq; verusatus in angustijs Cæsar, præsertim quod *Antonius* à Cæsare evocatus, mari se committere propter Pompejanos non auderet, sembo se demum audacissimè credidit, ut copias ipse suas ex Italia adduceret: cumque nauclerum propter pericula hostilia timidiorem cerneret, hisce animare conatus est, *quid times? Cæsarem portas, & Cæsari fortuna tecum est*: sed tempestate adversâ ab hac expeditione in littus unde solverat, rejectus est. Mox tamen utrique auxilia-

res copix advenerunt, CÆSARI Antonio
duce ex Italia, & POMPEIO ex Asia, duce
Mittello Scipione: quibus instructi partium
duces, ad Dyrrachium obstinatissimè di-
micarunt. In hac pugna plurimis ex Cæ-
saris cadentibus, adeò victoria Pompejo
mandiebatur, ut si eà uti potuisset, bellum
confectum fuisset: cum verò CÆSAR com-
munitis inopiâ laborans in Thessaliam re-
cessisset, & Pompejus eum insecutus, in
campis Pharsalicis, homini desperato pu-
peræ copiam fecisset, subito retroversâ vi-
ctoriâ POMPEIUS Cæsis suorum quindecim
millibus, & castris perditis (cum CÆSAR
suorum tantum ducentos desideraret) fugâ
suâ nimis præcipiti consuluit, Larissam &
inde Amphipolim festinans, ubi conscensâ
navi Mytilenem ad uxorem suam appulit &
inde in Ciliciam Cyprumque navigavit.

Auditâ Antiochenorum defectione, ver-
sus Ægyptum deflexit, multum confusus
Ptolemao, & ab eo amica omnia sperans,
petiit hospitio & amicitia ejus excipi, opi-
busque in præsentis calamitate protegi. Re-
ges autem amici & procuratores, seu veriti,
se Alexandriam, aut Ægyptum occupa-
re: seu despectâ ejus fortunâ, & victori
Cæsari gratificaturi, palam quidem ad re-
gem aditum ei patefecerunt, clam autem
per secreto consilio, Achillam Præfectum regium
& L.

O 6

& L.

& L. *Septimium* tribunum militum (qui in bello piratico apud Pompejum ordinem duxerat) ad eum interficiendum miserunt; quem in naviculam receptum, cum appropinquaret ad littus, à tergo *Septimius* telo trajecit, deinde reliqui gladijs certatim petierunt, resectumque caput in CÆSARIS adventum reservârunt. Uxor autem ejus & amici, qui extra teli jactum contiterant viso procul facinore, magno cum ejulatu, Superos implorantes, hostilia littora celeri cursu defugêrunt. Corpus in littore relictum, ab ejus liberto combustum, & in arenâ tumulatum est.

POMPEJUS natus est, an. m. 3948. ante Chr. 105. novem mensibus post natum Ciceronem. Vix egressus adolescentiâ, jam maturus fuit ad victorias: cæpit famam maximis gestis extendere, ut cognomento MAGNUS linguis gentium divulgaretur. Anno ætatis suæ 22 primam expeditionem suscepit contra *Carbonem* in Africa, quem vincium ad pedes suos prostratum & objugatum occidit: resectum caput, primæ victoriæ suæ cruentum spoliū, *Sylla* transmissit: exinde magnâ celeritate, pyratibus alterâ vice devictis, contra viginti tres Orientis reges diversis motibus imperator designatus est. *Tigranem ac Mithridatem* potentissimos Armeniæ & Syriæ reges, illi-
Jun

um regni parte, hunc regno & vitâ mul-
clavit. Arabiam, Judæam omnem cum
Hierosolymis, Albaniam, Iberiam victoriis
Illustravit, fecitque, ut Romanæ aquilæ am-
plissimas regiones fertò, felicitate, ac vir-
tute suâ patefactas, celerrimo volatu supe-
rarent. Asiam extremum Romanorum li-
mitem finibus dilatatis, effecit, ut esset
meditullium Romani Imperij. Præter Par-
thos (quibus fœdus magis, quam bellum
placuit) ad Indos vix adhuc famâ notos,
intra rubrum mare Caspium & Oceanum,
ad Orientem & Boream, terræ Pompeij
ignis domitæ ac territæ, Romam domi-
nicem & domnam orbis Pompejum antea
in Asia, Africa & Europa victorem sus-
pexerunt.

Posteaquam annos 58. vivendo, & ex
his annos 34. vincendo explevisset, igno-
miniosè demum victus est, & qui dicere so-
litus, *si terram pulsaret pede uno, milites se
in obsequium suscitare*, præcipiti & impro-
vida fugâ dilaptus, castra, fortunam, ami-
cos, famam & vitam, amisit. Immo cui
terra videbatur propè defuisse ad victorias,
eidem novercante tandem fortunâ, defuit
ultimò ad sepulturam, ut modicâ arenâ in
tore peregrino tumularetur. Pompeij
Romanæ libertatis clades contigit in
memoratissima pugna Pharsalica anno m.
606, ante Chr, 47.

CÆ.

CÆSAR cum Alexandriam venisset, & vidisset caput Pompeij, ejusque annulum illachymatus, & percussores averfatus est: familiares autem Pompeij periculo exemptos, benignè accepit, scripsitque Romanis ad amicos, quòd *quotidie civis aliquot servet, à quibus fuerat oppugnatus.*

Ubi de Pharsalica pugna rumor Romam pervenit, diu fides non est habita, quia nec CÆSAR eà de re litteras dabat, ne videtur hac victoria lætari: neque volebat de occiso POMPEIO triumphare, neque Romanis credibile videbatur, eum belli imperatorem qui tot jam victorias demessuisset, tot copijs instructum, tantà aliàs felicitate usum, uno prælio debellari potuisse. Posteaquam autem id creditum est, vis Romæ annulo ejus, in quo tria trophæa insculpta erant, tum demum convicijs mortuum exagitârunt: tum Syllæ, tum Pompeij statuis, quæ ante rostra stabant, ignominiosè dejectis, CÆSAREM privilegijs & laudibus inter Deos retulerunt, & inep-tâ adulatione omnia concesserunt, à quibus eum impedire non poterant. Accep-tavit CÆSAR ex his favoribus ea quæ sta-biliendo regno prodesse poterant, pontifi-catum maximum, Dictaturam, & consula-tum, per quinquennium, Tribunitiam po-estatem per omnem vitam, Verbo CÆSAR

Rei.



Reipublicæ CAPUT, DOMINUS ROMANO-
MANI, & IMPERII ROMANI PRIMUS IMPE-
RATOR regnare cœpit: non tamen absque
libertate: nam Reipublicæ Romanæ libertas,
(Pompejo magno in acie Pharsalica victo,)
Cæsari quidem victori succubuerat, adhuc
tamen victa & prostrata colluctabatur vi-
ctori suo per quatuor annos, ut incumben-
tem adversarium suum variis motibus in
Africa, & Hispania, ad dextram & sinistram
percuteret, donec anno m. 4010. ante Chr.
44. veluti generosus athleta victorem qui-
dem suum ipsa evertit, Bruti, & conjurato-
rum manu adhibitâ, mox tamen pluribus
rerum bellorum ictibus concussa, OCTA-
VIANI AUGUSTI potentia & industria
penitus solo affixa, & exanimata est, factâ
reipublicæ, in imperium, transformatione.

CAJUS JULIUS CÆSAR RO-
MANI IMPERII IV MONAR-
CHÆ FUNDATOR natus anno m.
654. ante Chr. 99. Olymp. CLXX.
1. urb. cond. 653. mense Quintili,
qui postmodum in ejus honorem di-
ctus est *Julius*, die mensis ejus duode-
cimo. De eo dubitari potest, an plus
nocuerit patriæ, an verò plus profue-
rit; certè pessum datâ libertate nocuit
Rei-

Reipublicæ, imperio autem profuit, quia Monarchiæ, quæ omnium gentium gubernationem antecellit, fundamenta jecit. In moribus suis prætulit aliquid ventis, & tempestati simile, nullibi non motuum concitator, & ubiq; æmulo ambitionis æstu, altum spirans, & ambiens dominatum. Præturam urbanam auspiciatus est anno m. 3991. ante Chr. 62. per hanc abstergere conatus est suspicionem, quam ei consuetudo cum Catilina inusserat, & palam detestabatur crimen, quod ipse aliquando licet cautiùs perfecturus erat.

Ex præturæ officio ut quæreret materiam triumphi, quo Pompejum Magnum æmularetur, iter in Lusitaniam paravit: sed ingentium debitorum vinculis, quibus creditoribus pro summa 830. talentorum obstringebatur, tamdiu retardatus est, donec *Crassus* sponsorem se obtulisset. In Lusitaniam cum venisset, Hermonii montis incolas in planiciem demigrare iussit,

profuit, ne videlicet loco ex natura sua
 m gen- tuto, ad prædas agendas abuterentur.
 it, fun- Hæc prætendebat, non ignarus eos re-
 nis præ- culaturos, atque ita se belli occasio-
 ftati si- nem inventurum: quod etiam factum.
 oncita- Nam arma capientes oppressit, & vi-
 is æstu- cinos metu percussos desertis urbibus
 omina- fugientes invasit, & hostiliter diri-
 picatus- pit. His sibi aditum ad consula-
 52, per- tum jam factum esse existimans, Ro-
 spicio- mam non expectato successore pro-
 a Cati- fectus est, & sepositâ tantisper curâ
 abatur- triumphi, quem obstante lege, priva-
 o licet- tus habere non poterat, consuiatum
 ambit & emit, sperans in eo & longè
 retma- majora se acturum, & splendidius tri-
 m Ma- umphaturum; itaque ad hunc affe-
 aniam- quendum, cum Cæsar de se non satis
 torum- posset, *Crassum* sibi atque *Pompejum*
 o sum- adjunxit: quibus etiam juramento
 batur, confirmavit, nihil se nisi ex eorum
Crassus consilio gesturum: sed illud quoque
 usita- meditabatur, ut alterum alterius ope-
 montis- rã everteret, & collisis illis solus do-
 re juf- mi-
 fit,



minaretur. Et hæc femina fuerunt evertendæ Romanæ libertatis.

Anno m. 3995. ante Chr. 58. cum *M. Calpurnio Bibulo* consul creatus tyrannidi suæ prælusit. Primo quidem cum indigeret pecuniâ, tria milia pondo auri furatus in Capitolio, tantum deminaurati æris reposit, omnia munia addixit pretio, quæ antè donari consueverant, eò potentior, quò sceleratior, & tantum religiosus, quantum sua sineret ambitio. Tum quoque filiam suam Pompejo uxorem dedit, & ipse *Calpurniam* filiam *Pisonis* uxorem duxit, ut potentiam suam conjugii firmaret, *Ciceroni* & *Lucullo* confluxit calumniam per *L. Vellium*, quasi ij mortem sibi atque Pompejo machinati essent; cum verò patefacta esset calumnia, *Vellius* in carcere strangulatus pœnas dedit suæ temeritatis. Odium tamen in *Ciceronem* Cæsar non deposuit, sed adversus eum *Clodium* protexit, & ad tribunatum promovit, ut pro potestate sua

sua *Ciceronem* urbe eijceret. Arma
 deinde convertens adversus Helvetos
 novas sedes quærentes, factâ pugna,
 & obtentâ victoriâ in suas redire com-
 pulit, & *Ariovistum* ex Germania
 transgressum, & *Æduos*, populi Ro-
 mani socios infestantem, tantâ clade
 delevit, ut per triginta millia passuum,
 & ad Rhenum ulque campi cadaveri-
 bus Germanorum sternerentur, &
 reliquos fluminis vortices haurirent,
Ariovistus autem relictis suorum 80.
 millibus ægrè fluvium trajecerit: his
 gestis rediit in Galliam Cisalpinam,
 unde muneribus & promissis res suas
 firmavit. Romæ hyeme populares
 suos, æstate hostes labefactans, vel
 auro, vel armis.

Anno m. 3997. Belgas aggressus
 Bellovacos, Ambianos, Atrebates,
 Nerinos perdomuit, & anno 3998.
 Pronapios, Morinos, Inalpinos, Le-
 nobios, Aquitanos, aliosque populos
 tum per se, tum per Legatos subegit.
 Ex quibus tantum auri collegit, ut
 habe-

haberet, unde Romam emeret, cuius libertatem minus arma Cæsarum, quam pecunie Gallicæ everterunt. Quibus peractis de more rediit in Italiam hyematurus.

Cato advertens minui libertatem Romanam in plurimis, ut possit cum auctoritate majore tyrannidi mature resistere, præturam ambiit, sed pecuniâ repulsus, & in ejus locum, agente Cæsare, inductus est *Vatinus*, homo ex omnibus sceleribus concretus, gementibus bonis, & certam Reipublicæ jacturam expectantibus.

Anno m. 3999. pugnavit contra Suevos, eosq; in Ubiis magnâ clade prostravit, mox Rheno ponte juncto Sicambros devicit, & ponte rescisso in Britanniam cogitavit, ubi cum classem Romanam tempestate perdidisset, ostensis tantum Romanorum armis, pacem à barbaris extorsit, rediensque in Gallias, Morinos ac Menquos spe cladis atque mortis rebellantes malè accepit, eisque ostendit, se
in

in Britannica expeditione neque victum neque cæsum esse. Eodem tempore, quo Cæsar hæc ageret ad Septentrionem, *Pompejus* in utraq; Hispania, & *Crassus* in Media & Parthicis provinciis, copiis Romanis reges & regna everterunt. Sic enim per *Trebonium* tribunum plebis anno m. 3999. lata lex erat, ut *Cæsari* per triennium prorogato imperio, *Pompejo*, *Crasso* & *Cæsari* potestas esset exercitus colligendi, quantos vellent, bellum inferendi, quibus populis ac regibus expedire videretur: erantque duces ex æquo belli, quàm auri sitientissimi, *Crassus* ex solo templo Hierosolymitano duo talentorum millia depraedatus est.

Anno 4000. Cæsar ingentem iterum exercitum & classem adversus Britannos paravit, motus Trevirorum compressit, turmas Æduorum *Dumnoris* cæde antevertit, & Britannicum populo Romano vectigalem fecit, rediitque in Galliam cum magna turba
cap-



captivorum, & præsentia suâ per totam Galliam erupturos motus compressit: semper & ubique victor, quia nihil procrastinabat.

Anno m. 4001. alterâ vice Rhenum conjunxit ponte, & quatuor legionibus auctus Senones, Carnutenfes, Nervos compescuit. Germanis autem resistere paratis, & inopiâ frumenti oculis obversante, maturè repetiit Italiam, conventus Reipublicæ perniciosissimos habiturus & Romam, magistratum constitutorum æmulatione concitatâ, perturbaturus.

Anno m. 4002. cùm Romam suis consiliis, molitionibus & magistratum innovatione, reprobatione, collisione plurimum turbâisset (unde & cædibus promiscuis urbs fœdata est) iterumq; effecisset, ut sibi imperium in Galliam prorogatum fuerit; ex urbe in Galliam rediit, & ægerrimè licet, contractis copiis suis Avaricum, Gergobiam, Alexiam improbo labore cepit & crudeliter excidit; victo demum

Vr.

Vercingetorix Galliam universam in
provinciae formam redegit, eamque
plus stipendii Romae pendere compu-
tavit, quam reliquus orbis persolvebat: &
tantum divitiarum iterum in Italiam
petulit, quantum satis erat ad emen-
dam Romam & libertatem everten-
dam; altero deinde anno ita ordina-
vit hanc provinciam universam, ut, si
maximè vellet, non posset rebellare,
legionibus per regionem ita sparsis,
ut altera alteri auxilio esse posset, &
nullam Romanae provinciae partem
exercitus gravaret, & tamen parti om-
ni metuendus immineret.

Anno m. 4004. cùm consules duos
Romae consilij ac rebus suis adversa-
rios haberet, *L. Aemilium Paulum* &
C. Claudium Marcellum pecuniâ in
duas partes utruinq; pertrahere cona-
tus est, ne provinciam atque exerci-
tum dimittere compelleretur: *Mar-*
cellum frustra tentavit, *Paulus* autem
mille & quingentis talentis suam au-
toritatem vendidit: similiter tribu-
num

num plebis *C. Curionem* majore adhuc pecuniâ labefactavit, qui egrégiam emptori suo operam navavit. Ipse enim *CÆSARIS* adversarium se se fingens, inimicorum ejus consilia astuté subodoratus, donec videret *CÆSAREM* sat tutum præsidio legionum suarum, palam prodidit, quis esset: & factus est brevi tuba bellii civilis. *CÆSAR* verò in Gallia ita sibi civitates & populos devinxit, ut ab omnibus quasi cœlo delapsus genius reciperetur, & ingressus ejus in urbes passim speciem triumphantis præferret, effecitque, mirâ in militem suum indulgentiâ, ut haberet eum rebus suis addictissimum, & plus sibi, quam consulibus obtemperantem; dimissis etiam viritum millenos nummos distribuebat, ut evocati, cui aliquando paruisent duci, meminissent. Hæc Pompejus ignorabat, & putabat copias *Cæsar*is militiâ fessas, statim ad partes suas, quas Reipublicæ esse dicebat, transvolaturas, ideo nullos milites

res scribebat, satis esse sibi dictitans, si
pede terram supploderet, ex qua armata
legiones erumperent. Intellexit autem
miser paulò post, quàm longè sapien-
tius Cæsar res suas instituisset.

Anno 4005. consulibus *Marcello*
& *L. Cornelio Lentulo* latens ignis ha-
stenus sub dolosis cineribus manife-
sto incendio erupit, quo Reipublicæ
salus, civium vita & Romana liber-
tas mox conflagratura corripiebatur,
Cæsarem inter & *Pompejum* bellum il-
lud civile exarsit, quo nihil funestius,
nihil magis exitiale Roma vidit,
quamdiu stetit. De hoc bello & ex-
tra dictum suprâ.

Cæso Pompejo & Româ jam suæ
potestatis factâ, suscepit an. m. 4007
bellum Alexandrinum, *Arfinoë* enim
per *Ganymedem* nutritium suum *Achil-*
les interemit, illumq; Ægyptiacis co-
mis præfecit ultra dolorem suum &
Pompeji necem. In hoc bello CÆ-
sar magnum adiit periculum, quan-
do nave degravatâ ad *Pharum* ena-
tare

P

tare

tare coactus est inter hostium tela
perdito paludamento. Cæsari in au-
xilium tum venere *Mithridates* Per-
gamenus, & *Antipater* cum tribus
Judæorum millibus ab *Hyrano* pon-
tifice missus. Suis auctus copiis ca-
stra *Ptolomæi* oppugnavit, ex quibus
dum Rex ipse fugit, aquis haustus
interiit, postea agnitus ex aurea lori-
ca. Sic Cæsar potitus est Alexandria,
& *Cleopatram* alteri *Ptolomæo* Juniori
dedit uxorem, de se jam gravidam,
ideo natum ex ea infantem *Cæsariionem*
Ægyptij appellârunt. *Arsinoe* ad tri-
umphum in Italiam missa, ne quid in
Ægypto turbaret.

Transiit posthæc CÆSAR in Palæ-
stinam, ubi *Antipatrum* rebus suis ser-
vientem creavit procuratorem Ju-
dææ, Præfide *Sextio Casare*, eumque
Romanâ civitate & dynastiâ, quam
vellet, donavit. Quibus favoribus vi-
am ad Judææ regnum suis *Antipater*
patefecit.

His constitutis perrexit CÆSAR An-

tela
n au.
s Per-
ribus
pon-
is ca-
uibus
ustus
a lori-
ndria,
aniori
dam,
sonem
ad tri-
uid in

m. 4007. ad *Pharnacem* turbas mo-
ntem in Ponto, jamque *Domitio* &
Pipato armis superiorem factum.
tunc tam citò uno prælio delevit, ut
Pontico triumpho præferret hunc
salutem: *Veni, vidi, vici.*

Ordinatis rebus Asiaticis Romam
versus, multos sibi demereri insti-
tuit aucto numero magistratuum &
allegiorum, equitibus in senatum
electis, ut hic esset copiosior, om-
nia ea fecit, quæ suam non minuerent,
et augerent potestatem, præmia
omnibus permiscens.

Anno m. 4008. tertiam dictaturam
bellum simul suscepit Africanum,
Varum Iubam, *Scipionem*, *Cato-*
nem, *M. Octavium*, *Cn. Pompejum ma-*
Pompeij filium, *C. Cassium*, *Petre-*
franium, *Labienum* aliosq; om-
nes hostes Cæsaris & amicos *Pompeij*
igni, ejusq; duces & affeclas pro-
stravit, quinquaginta hostium milli-
um cæsis, & inde reversus Romam,

quater triumphavit quatuor diebus,
de Gallia, Ægypto, *Pharnace*, & *Juba*
in Africana expeditione superato.
Censum quoq; habuit, in quo depre-
hensum est dimidio pauciores cives
esse, quàm ante bellum.

Tametsi hæc omnia bene fecisset Cæsar,
omnium tamen benefactorum gloriam de-
decorasset, quòd Romam evocaverit post
triumphos suos *Cleopatram*, quæ cum ma-
rito apud *Cæsarem* deinceps cum summa in-
famia Cæsaris habitavit; postea enim cum
multis donis remissa, filium sibi natum de
nomine Cæsaris appellari passa, ostendit,
quàm parum castè usa fuerit hoc contu-
bernio.

Anno m. 4009. confecit ultimum
prælium in Hispania contra filios
Pompeij Magni, in quo non pro victo-
ria, sed pro vita se pugnâsse ajebat,
decretorio certamini summa bellum mu-
commissa est, ad Mundam Boeticæ con-
urbem, in qua utrimque aut vincere
aut mori parati decertârunt. *Pompeius*,
pejani tandem (quibus *Labienus* fe-) &
stinantiùs succurrens videbatur fugere Ma-
re), &

cadentes animis, ex errore fugam
 am apprehenderunt, arenam vi-
 riamq; cesserunt Cæsarianis, suo-
 rum triginta peditum millibus, &
 equitum tribus millibus cæsis, trede-
 cim belli ducibus captis. Munda quo-
 que obfessa cadaveribus & pilis inter-
 connexis pro vallo, brevi post à
 Fabio capta est. *Cn. Pompejus* cum
 navibus fugit; sed fugientem *Di-*
 missecutus comprehendit, & ac-
 censis navibus occidit. Sic ubicun-
 que viribus restauratis Pompejani
 generi suo mederi volebant, majore
 super plagâ percussi, insanabiles fa-
 ctique tandem consumpti sunt.
 Demum & **CAJO JULIO CÆSARI** sua
 completa mensura est an. m. 4010. cum
 bellum multo ambitiosius ageret, odium
 confavit. Itaq; conjuratum est in
 à sexaginta viris (ducibus *M.*
Pompeio, Cassio, Marcello & Decimo Bru-
senus fee) & constituta dies ejus cædi Idi-
 us Martiis; hanc diem ut declina-
 re, & ab ea sibi caveret admonitus,

neglexit. Quare eodem die in senatum veniens, ibidem ad Pompeii statuam viginti tribus plagis confusus est. Vir omnino MAGNUS, & tantò major *Alexandro*, quantò Persis ab hoc domitis Romani libertate ab illo exuti præcelluerunt. Cæde perpetrata statim *M. Lepidus* forum, conjurati Capitolium occupant, libertatem in clamantes; adeò delicato nomine *aurea libertatis* plebs & ordines deliniti, quantumcunque Cæsaris virtutis aliàs applauserunt, ejus tamen internecone ad arma non essent commoti, nisi *Antonius* consul seditiosâ concione motus concivisset. Ex percussoribus autem Cæsaris, nemo triennio ampliùs supervixit, & nullus siccâ morte defunctus, sed omnes alienâ manu sublatis sunt, ita Deo sanguinem pro sanguine repetente.

OCTAVIANUS CÆS. AUGUSTUS

Et Emulus ejus

A N T O N I U S.

OCTAVIUS postea OCTAVIANUS
Augu.

Augustus dictus, Patre OCTAVIO ab
 ACCIA sororis *Julij Caesaris* filia geni-
 tus an. m. 3991. ante Chr. 62. die 28.
 Septembris, testamento *Julij Caesaris*
 adoptatus, & ex dodrante hæres con-
 stitutus, non tantum honorum, sed
 etiam nominis. Hic igitur morte *Julij*
 audita sexto mense postquam *Apol-*
oniæ doctrinæ causâ venerat æta-
 tis suæ anno vigesimo, tum quidem
 nihil movere ausus est, quia nihil ad-
 e de testamento Cæsaris acceperat,
 & cædes à populo approbata dice-
 retur. Posteaquam autem Brundu-
 m transmisisset, ibiq; factus certior
 de testamento & populi voluntate,
 magnam secum vim pecuniæ, mili-
 amq; à Cæsare ad Parthicam expe-
 ditionem præmissam haberet, assum-
 sit statim Cæsaris nomen, & hære-
 dem ejus se professus, ea agere cœ-
 dit, quæ ad imperium cum hæredita-
 deundum conducere videbantur,
 us tantâ moderatione in omnibus,
 juvenes audaciâ, & senes pruden-
 tiâ

tiâ superaret. Primò enim ad nomen *Cæsaris* magnus ad eum factus est amicorum *Cæsaris* militumq; concursus: deinde ingressus in urbem, nullam præ se tulit voluntatem ultionis sumendæ ob *Julij* cædem: tertio *Antonium* sibi maximè consulari suâ potentiâ adversantem demereri studuit: quarto pecuniam plebi à *Cæsare* promissam statim se persoliturum spondit, & ludos à *Cæsare* destinatos suis ipse sumptibus edidit. His amicos sibi devinxit, & ab *Antonio* multum avertit; cui etiam, cum multum ab eo despiceretur, veteranorum coacto exercitu palam se opposuit, & milites ejus numerato majore stipendio ad se magna ex parte attraxit.

Demum invalescente indies insolentiâ *Antonii*, per *Ciceronem* (qui classicum potenter cecinit) Romanorum hostis declaratus est, & bellum contra eum à consulibus *Hircio* & *Pansæ* quibus *Octavius* se conjunxit) pro consulari potestate fortiter susceptum

ptum, & pugna ad Mutinam conferta
est: in quo primò Prætoriani Cæsa-
ris pleriq; deleti, subveniente autem
Hircio, qui fessos *Antonij* milites in-
vitos ad pugnam restaurandam com-
pulsit, victi Antoniani, & *Antonius* ver-
sus Alpes transfugere coactus est.

Petiit ad hæc *Octavianus* trium-
phum ac deinde consulatum, sed *Bru-*
tus contra nitente, & sinistris suspicio-
nibus animos intoxicante, Cæsar ab
utroq; repulsam passus, cum *Antonio*
reconciliatur, & in eandem animo-
rum & armorum societatem adscisci-
tur *Lepidus*, qui cum septendecim le-
gionibus antea cõjunctus erat *Antonio*.

Inde turpissimus inter *Octavianum*,
Antonium & *Lepidum* triumviratus, &
ex hoc nefanda quædam & crudelia
scelera emerferunt. Cicero natus an-
nos 64. optimè de Augusto meritis
iniquissimè proscripius est: Ciceroni
adjecti trecenti senatores, equites bis
mille, quorum tamen aliqui ad *Bru-*



rum & *Cassium* in Macedoniam, aliqui ad *Sextum Pompejum* in Siciliam, aliqui ad *Cornificum* in Africam profugi evaserunt, reliqui immaniter jugulati tragœdiæ luctuosissimæ materiam suffecerunt. Scribit *Velleius* in hac proscriptione & internecone animadversam fuisse summam fidem, in proscriptos maritos, uxorum: liberorum autem mediam: servorum aliquam: liberorum nullam.

Anno m. 4012. cum *Marco Bruto* & conjuratorum principibus *Octavius* & *Antonius* acie decertârunt in Thesalia ad urbem *Philippos*, in qua pugna *Cassius* ratus per errorem totum exercitum fusum esse, ultro sibi mortem conscivit; *Brutus* quoq; desperatâ fortunâ eodem ferro se perimendum servo suo obtulit, quo *Julium* interemit. Scribuntur in hac pugna Romanorum centum quinquaginta milia interiisse, tantâ obstinaciâ utrimq; pugnatum est.

Anno



Anno m. 4013. *Octavianus* & *Antonius* ita inter se Romanum imperium dividerunt, ut huic Oriens, illi Occidens cederet; jam enim hi duo despiciebant *Lepidum* & ceu fautorem Pompejanorum exauktorare meditabantur: his autem duobus ambitionissimis viris *Antonio* & *Octaviano* vix orbis totus sufficiebat. *Antonius* post hæc expilavit Asiam, *Octavianus* in Occidente pecuniam extorquebat, siquidem uterque multo egebat auro, utpote qui singulis militibus quinque machmarum millia præter stipendia promiserant.

Anno m. 4014. *Antonius*, ut novo periculo constringeret ruptum nonnulli foedus cum *Cæsare*, *Octavianam* uxorem *Cæsaris* ducit uxorem (mortuam jam ex ægritudine *Fulviâ* suâ, quam uxorem habuerat) & nuptiis contractis *Antonius* ad bellum Parthicum, *Cæsar* ad sopiendos Galliarum tumultus profectus est.

Anno m. 4018. *Cæsari* nascitur filia
P 6 *Julia*

Julia, quæ postmodum *Marcello* Agrippæ, ac postremùm *Tiberio* nupsit, *Antonius* autem ex *Cleopatra* suscepit *Alexandarum* & *Cleopatram*, quibus *Solis* & *Luna* indidit nomen: quasi non tantùm Deus, sed & parens esset Deorum. Sux autem *Cleopatræ* reginæ amoribus ita se dedit, ut totas ei provincias donaret, & magis de *Cleopatra*, quàm de susceptis expeditionibus cogitans, omnia ageret ita perturbatione, ut non tam amare, quàm insanire videretur. Unde duobus præliis rem pessimè gessit contra *Parthos*, & vix tertiam suorum partem reduxit, ex eo tantùm victorem se ratus, quòd non perdiderit omnia.

Æmulabantur interea *Cleopatra* & *Ostavia*, mulieres duæ moribus diffimillimæ. *Cleopatra* redeunti in *Syriam* *Antonio* cum vestibibus & immensa pecunia obviam occurrit, ut non tam bellicis laboribus, quàm impuris desideriiis languentem *Antonium* & exercitum reficeret: & creditur hanc pecuniam

cuniam ab iplo Antonio accepisse, ut
 suo ac Cleopatrx nomine distribue-
 ret, & benevolentiam militum ac fa-
 nam magnam conciliaret. Sed &
Octavia ad Antonium navigavit cum
 multis vestibus, multis jumentis, &
 delectâ militum manu, ut obsequiis
 conjugalibus æmularetur, & supera-
 ret Cleopatram; verum *Octavia* Athe-
 nis iussa subsistere, in speciem quoni-
 am ejus in Syriam adventum bellum
 Parthicum non pateretur, re verâ au-
 tem quod Antonius impuris Cleopa-
 træ complexibus irretitus esset.

Cæsar interea, (socorditer & mu-
 liebriter rem agente *Antonio*) felici-
 bus præliis Siciliam invasit, *Sexium*
Pompejum delevit navali pugnâ: *Le-
 pidum* exauctoravit, & privatum vi-
 vere coëgit, & de Sicilia victa trium-
 phavit.

Anno m. 4020. *Antonius* regem
 Armeniæ *Artavestam*, quia diuturni-
 tatem belli ob Cleopatrx absentiam
 susti-

sustinere non poterat, dolo ad se evocatum comprehendit, & aureis compedibus vincitum traxit Alexandriam, ubi Alexandrinis epulum dedit, in duobus thronis aureis, super argenteo tabulato sedens ipse cum Cleopatra, suisq; liberis, & concionem habuit ad populum, quâ Cleopatram *Reginam regum*, Cæsariem autem *regem regum* appellari iussit; suis item ex Cleopatra liberis assignavit regna, *Ptolomæo* Syriam & Asiam minorem, *Cleopatra* Africam & Cyrenaicam, *Alexandro* Armeniam & Parthiam. Quâ profusione ostendit, quid expectandum sit ab iis principibus, qui se muliercularum amoribus irretiri sinunt.

Anno m. 4022. *Octavianus* Romæ in senatu comparuit, refutaturus ea, quæ acerbius contra se dicta fuerant ab Antonianis; ex his autem tum consules, tum Senatores multi ante diem indictum ad Antonium confugerunt: quibus acceptis Antonius, & habito præ-

presentium amicorum suorum sena-
 ra, *Octaviam* repudiavit, domoque
 eiecit foeminam, qua indignus erat
 Antonius. Et quia undecim reges ha-
 bebant fautores, quorum sex aderant,
 & quinque auxilia miserunt, bellum
 deinde contra *Octavianum* suscepit.
 Dubitavit plurimum Antonius, an se-
 cum *Cleopatram* ad bellum traheret,
 quamvis ipsa ducentas haberet naves,
 & viginti millia talentorum, multum-
 que comitatum: persuasus tandem
 a *Canidio* (quem *Cleopatra* magna
 mercede induxerat, veritate *Octaviae*
 reconciliaretur) fatalem foeminam
 secum *Ephesum* deduxit, nactus per
 hoc *Titium* & *Plancum* acerrimos ini-
 micos, hi enim dissuaseraut, *Cleopa-
 tra* comitatum.

*Pugna Actiaca Octavia-
 num inter & Antonium.*

ANNO M, 4023. pugnatum est a Caesare
 & Antonio ad Actium in sinu Ambracio.
 Antonio in hac pugna plane fatalis fuit
Cleopatrae praesentia, haec enim in ancho-
 ris

ris stabat post pugnantem classem, & cum diuturni conflictus impatiens esset, signo suis dato, vela fecit, & secundo vento usa Peloponesum flectit, Cyprum, & inde Ægyptum petitura. Antonius opinatus Ægyptios non jussu Cleopatræ, sed metu fugere, ipse quoque secutus, reliquæ classi timorem incussit; quæ nihilominus in pugna perstitit ad decem horas, donec Cæsariani incendio pugnare cæperunt, quo multæ naves cum vectoribus, & quidem ex navibus Cleopatræ 140. incensæ per ignem & aquam extinctæ sunt: stetitque victoria Actiaca, & per hanc totum Imperium apud Cæsarem Octavianum Augustum. Stabant adhuc in littore viginti legiones pedestres, & duodecim equitum millia, quibus Antonius res suas reparare poterat, nisi mentem perdidisset. Hæ igitur copiæ, etiam post Antonium fugâ dilapsam (quia incredibilis videbatur fuga tanti viri, qui tot præliis interfuisset) stabant in officio adhuc septem continuis diebus, missosque ab Octaviano legatos constanter rejecerunt. Cum verò Dux eorum noctu profugisset, ab omnibus quasi proditi & deserti in castra Cæsaris transfêrunt. Antonius autem & Cleopatra cum ad Peloponesum simul navigassent, divisi sunt: hæc quidem quasi victrix in Ægyptum ingressa, subditis suis callidissime



simè illust, ne fortè, tumultu inter suos ex-
orto, periret. Ibi ut securior esset, eos
omnes sustulit, à quibus sibi quoquo modo
formidare peterat, si clades innotuisset,
eorumque bona diripuit, sana insuper ex-
pillavit, ut suum ærarium exhaustum refice-
ret. Antonius quoque ubi ubi poterat, auxi-
lia postulavit, & copias comparavit, perdi-
tam fortunam reparaturus: conjunctique
iterum Anno m. 4024. Antonius & Cleo-
patra, cum armis frustra tentassent omnia,
precibus ab *Octaviano* pacem postulant; &
Cleopatra quidem sceptrum aureum, coro-
nam auream, sellam regiam Cæsari pla-
cando misit, quasi regnum cum iis signis
tradens, ut si exosum omnino Antonium
haberet, saltem sui misereretur. Cæsar
acceptis muneribus Antonio nihil respon-
dit, Cleopatraz autem occultè regnum &
impunitatem promisit, si Antonium occide-
ret. Quibus promissis illa inducta (quasi
mox *Octavianum*, sicuti olim Cæsarem &
Antonium, deinceps in potestate habitura
esset) Cæsari Pelusium occultà proditione
tradidit, quin etiam, cum capto Pelusio
Cæsar Alexandriam veniret, publicè qui-
dem præcipiebat, ut hosti occurrerent, oc-
cultè tamen urbe cives exire prohibebat:
fecit insuper, ut, cum Antonius & Cæsar
concurrerent, naves ab eo ad Cæsarem
transfugerent.

Ipsa

Ipsa autem composito dolo muliebri insi-
lijt in sepulchrum suum atque exinde fictum
mortis suæ nuncium misit: quo accepto
Antonius quoque confestim mortem sibi
illaturus in ferrum suum irruit, cumque
patefacto vulnere semianimis adhuc palpi-
taret, iussit eum Cleopatra ad se pertrahi,
in cuius gremio victima infani amoris ani-
mam exhalavit. Rem omnem Cleopatra
primò per nuncios Cæsari significavit, con-
fidens promissis; deinde colloquium petijt
& impetravit, ejus tamen amorem non po-
tuit, quibuscumque uteretur blandimentis,
expugnare: sed potiùs Cæsar oculis in ter-
ram fixis, iussit quidem animo bono esse,
de cætero autem in triumphum suum veluti
speciosissimum ornamentum arctè custodi-
vit. Quam illa pompam verita, morte spon-
taneâ prævenit, exaratis ante mortem lit-
teris, quibus petijt cum Antonio suo sepe-
liri in suo monumento Alexandrino.

Antyllus quoque filius Antonij ex *Fulvia*,
quanquam ei filia Cæsaris jam fuerat de-
sponsata, ex sacello Julii Cæsaris retractus,
jugulatus est: idemque accidit *Cæsarioni*.
Direptio autem Alexandrinæ urbis pretio
redempta & victori militi stipendia libera-
liter soluta sunt. Sic cum Cleopatra sua
interiit Antonius, vir futurus orbis domi-
nus, nisi mulieri subditus sui dominium per-
misset.

Sub.

Sublatis æmulis post hæc impera-
 ravit *Augustus*, & uno mense sextili
 triumphos egit, Dalmaticum, Aetia-
 cum, Ægyptiacum: iterumque bella
 novorum triumphorum semina per
 duces suos per aliquot annos semi-
 navit, cum Cantabris, cum Asturi-
 bus, cum *Phraate* Phætorum rege,
 cum Armenis tumultuantibus, & pro
Artabazano, *Tigranem* repetentibus.

Anno m. 4031. ludos Romæ cele-
 bravit Augustus sæculares cum in-
 genti apparatu, non quòd id temporis
 ratio, sed voluntas Augusti exigeret,
 auctâ firmatâque suâ familiâ vix se se-
 capientis: præsertim quòd compositis
 gravioribus bellis inciperet Roma
 tranquilliora tempora vivere, jamque
 templum Jani alterâ vice clausum
 fuisset: gaudia augebat Augusti bene-
 fica virtus, æquitas, & cum potentia
 ac majestate conjuncta benevolentia
 in omnes & liberalitas.

Anno m. 4042. *Octavianus* nomine
 totius senatûs à Consule *M. Valerio*
Mes-

Niessala, & *P. Sulpitio Quirino* PATRIÆ PATER appellatus est, cui ille lachrymans respondit, optare se, ut perpetuò eâ appellatione dignus esset, neq; unquam eam factis refelleret; quæ responsio atque lachrymæ eum hoc nomine dignissimum probaverunt. Eodem anno suam liberalitatem ostendit, quando Asia terræ motu vehementer afflictæ fuit, ipse ex suis pecuniis tributum à miseris pendi solitum ærario pensitavit, ne cum Reipublicæ detrimento ipse misericors fuisse videretur.

Anno m. 4043. templo Jani iterum referato, per Drusum bella gessit in Germania, vicit Dalmatas, & Pannonios, iterumq; clauso Jani templo magna Romæ tranquillitas fuit.

Anno m. 4051. fœda tempestas Augusti domum concussit, filiæ enim ejus *Julia* (absente *Tiberio* marito) libidines erupérunt, quibus involuti aliquot viri nobiles capite luerunt, inter quos

L. An.

L. *Antony* filius, Triumviri nepos. Id adeo pupugit Augustum, ut præ pudore diu publico caruerit, & de ea necanda consultaverit. Certè in Insulam desertam hanc relegavit, eiq; vino & omni delicatiori cultu interdixit, vetuitq; ad illam, ullum libertum aut servum se inconsulto accedere; eadem quoque à marito *Tiberio* Augusti auctoritate repudiata est. Itaque nobilissima mulier, Imperatoris filia, Cæsarum mater eò dejecta est, ut non aliter, quam *carcinoma domus* sua ab *Augusto* patre vocaretur.

Anno m. 4052. exiit edictum ab *Augusto*, ut describeretur universus orbis, & descripta est Palæstina à *Sulpitio Quirino* seu *Cyrino Carj* moderatore. Probabile quidem est hanc descriptionem ab ipso *Augusto* non fuisse imperatam, sed potiùs à *Cajo* nepote *Augusti*, Præfecto Orientis; sæpe enim à Præfectis & Satrapis fiunt nomine Principum, quorum ipsi penitus ignati sunt. Ab *Augusto* tamen facta descriptio.

scriptio dicitur, quia vulgò ab ipso imperata credebatur, jactatumque fuit omnibus gentibus Romano imperio subditis communem esse, ne Judæi in rebellionem proclives tumultuarentur, si in eorum tantùm capita pendenda pecunia pronunciata esset.

Ad anni hujus exitum imperium Octaviani Augusti & orbem universum nativitate suâ illustravit desideratissimus per quadraginta sæcula, & supra octoginta mundana Jubilæa expectatissimus conditor regnorum, rex regum augustissimus inter Augustos JESUS CHRISTUS.

Post Christi in terris adventum vixit Augustus Octavianus annis adhuc quindecim, & vivendi ac regnandi finem fecit Nolæ in Campania, an naturali fato, an ficibus veneno illitis, dubium faciunt historici. Susceptus est magnâ pompâ Romæ, crematusque quasi *Patria Pater*, sed & *Servilius Numerius* vir prætorius, ut quondam *Proculus Romulum*, sic *Augustum* se vidit.

vidisse ascendentem in cælum jureju-
rando affirmavit, ideoq; recepit, à Li-
via donum decies sestertiùm, ut men-
dacium ejus non tantùm fuerit offi-
ciosum, sed etiam pretiosum.

¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶

**S. 5. Orius & Occasus
Regnorum.**

REferre omnia regna minora, quæ
durante Græcorum imperio vel
ortum vel occasum habuerunt, lon-
gum nimis esset, eorum tantùm regum
& regnorum catalogi hîc subijcien-
tur, quorum in historia Græca vel
Romana fit crebriùs mentio, & noti-
ta ad historiarum catenam nec ten-
tam utilior est.

¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶
REGES BITHYNIÆ V. ÆTATE.

ZIPOETES Thrax occupavit Bi-
thyniam dissidentibus inter se civili bello
regibus **ALEXANDRI * II.** **NICOME-**
DES I. cognomento **Magnus * III.** **ZELA**
in convivio à Galatis, quibus ipse
infi-